

4631 [= 3946] Calibus nella cattedrale nel pavimento sotto del pulpito MAZOCHI; rep. a. 1741 addit RICCA; giaceva divisa in pezzi nel pavimento della cattedrale, estratta dal fu curato di Zuni D. Antonio Festa, che la conservò nella sua casa di abitazione ne' Martini di Visciano, donde la ricevemmo trascritta ZONA. Frustra ibi quaesivit DVHN.

| Mazochi I:                                       | Mazochi II:                          | Zona:                               |
|--|--------------------------------------|-------------------------------------|
| p. C. 289 QVINTIANV S COS                        | NIANV S                              | ..... A COS                         |
| 5 MALIVS BASSV S                                 | QVINTIANV S                          | ..... NTANV S                       |
| M · VMBRIVS · PRIMV S COS                        | 5 MALRIVS · BASSV S                  | ..... QVINTIANV S                   |
| FLAVIVS · COELIANV S C·L                         | M · VMBRIVS · PRIMV S                | 5 ..... SRIVS BASSV S COS           |
| IONIVS PROCVLV S COS KAEIV                       | FLAVIVS · COELIANV S                 | ..... MBRIVS PRIMV S                |
| ELVIVS · CLEMEN S K                              | IONIVS · PROCVLV S                   | ..... LAVTVS COELIANV S I·          |
| 10 FLAVIVS · DECIMV S COS K ΔΔ                   | ELVIVS · CLEMEN S                    | ..... IONIVS PROCVLV S COS          |
| NINIVS · MAXIMV S K AP                           | 10 FLAVIVS · DECIMV S                | ..... ELVIVS CLEMEN S COS           |
| IVS · AXIV S · M · VLPVVS · CIVILIS · HVIR K ΔΔΔ | NINIVS · MAXIMV S                    | 10 ..... FLAVTI DECIMV S COS        |
| INVS · P · RAPELLIVS · MARCELLVS · AED           | EVS AXIV S M VLPVVS · CIVILIS · HVIR | ..... MAXIMV S COS                  |
| IVS P SEXILIVS · IVLIANVS · QQ                   | INVS · P · RAPELLIVS MARCELLVS AED   | ..... TVS M VLPVVS CIVILIS II · VIR |
|  | VS · P · SEXIILVS IVLIANVS QQ        | ..... NVS P RAPELLIVS MARCELLVS AED |
|  |                                      | ..... TVS P SEXIILVS IVLIANVS QQ    |

Mazochius hunc titulum descriptum accepit ab amico, cuius apographi duo exemplaria in schedis eius extant, deinde ex ipso lapide, ut videtur, emendavit. Ex Mazochianis ed. Ricca *osserv.* 1 p. 123 aere incisam. Ex lapide dedit Zona *iscr. Cal.* 1808 p. 8, *Calvi* ed. 2 p. 58. Henzen 6447.

Exhibui tria exempla; in secundo quae Mazochius ex amici exemplo retinuit, inclinatis dedi, rectis autem quae ibi leguntur ipsius manu exarata. Riccae errores, qui pauci sunt, fere praetermisi. — 5 MALIVS amicus Mazochii, Mazochius super LI adscripsit R. — 7 COELIANVS vel COELIANVS Maz. I. — 11 MINIVS Ricca, puto errore tythothetae. — 12 IVS vel EVS Maz. I, AEIVS Ricca. — 13 VINVS Ricca. — 14 SEXI-LIVS vel SEXIILVS Maz. I; SEXTILIVS emendavit Mazochius non de visu, sed coniectura. — In diebus 1 K (sequente versu vacuo) pro F, 4 C·P, 11 PPII leguntur apud Riccam.

1. 2. 3 spectant ad extremos menses anni 288. In diebus 1 recte puto legisse Riccam K pro F, L. CA. quo spectent nescio. — 4. 5 nominantur ordinarii a. 289 similiter atque in Cumana n. 3698, scilicet [L. Ragonius] Quintianus, [M.] Ma[g]rius Bassus. In C·PI fortasse latet ORD; sequitur dies KAL·IAN. — 6. 7 nominantur suffecti, qui secundum eandem inscriptionem Cumanam d. XVI k. Sept. fasces tenuerunt; at secundum fastos hos diem adscriptum habentes *kat·Feb* apertum est eos eodem anno quidem, sed mense Februario fasces gessisse eosque mense eodem exeunte deposuisse; erratum igitur est in instrumento Cumano. — 8. 9. 10. 11 singuli consules nominantur adscripti diebus K·Mar, K·APR, K·MAI, *k. iun.* vel fortasse *Prid. k. iun.*; videntur igitur per singulos menses singulares consules suffecti esse, quamquam *cos.* ad v. 8. 10 adscriptum est, v. 9. 11 omissum, quasi paria semper consulum fasces suscepissent. — Denique primo semestri finito quod sequuntur magistratus Caleni, item quod inter annum 288 extremum et 289 incipientem Caleni nulli magistratus interponuntur, confirmat quod supra p. 90 docui magistratus municipales aetate imperatoria iniisse k. Iuliis.

4632 in cistella rectangula e terra cocta ficta, quam manus sinistrae fractae humanae palma porrecta tenet, in parte antica aperturae apta scriptum stilo ante cocturam litteris vetustissimis saeculi fere quinti exeuntis. Rep. in agro Caleno servatur hodie Neapoli in museo publico.

C · HINOΛEIO · C · V  
 APOΛONE · DONO · DED.

Mea causa contulit Iulius de Petra. Guidobaldi et *Bull. arch. Italiano* 2 (1863) p. 23 et monumentorum Calenorum tab. III (quae sylloge non prodit nec mihi visa est); repetivit inde imaginem Ritschelius priscae Lat. epigr. suppl. III (1863) p. III cum tabula = opusc. IV p. 520.

4633 basis magna ex lapide Tiburtino superne foramen habens. Sparanisi in aedibus Hannibalis Ranucci in curte.

FORTVNAE  
 PQ · DA // // // SEIIE  
 CENSORES  
 sequuntur vv. 7-8 qui  
 legi nequeunt

F. de Duhn descripsit.

Inter Cales et Teanum finem fecisse templum Fortunae duplex auctor est Strabo (5, 4, 11 p. 249; cf. Cicero Phil. 12, 11, 27; Appianus b. c. 1, 84).

4634 epistylum rep. Calibus, ab a. 1865 ex dono Salamantiae Neapoli in museo.

· LAR · AVG · SAC ·

Recognovi. Fiorelli cat. n. 1363.

4635 epistylum litteris magnis. In ruinis aedificii splendidi siti inter Cales vicumque Palatium repperit NOVIVS. Ab eo emit museum Neapolitanum a. 1864.

utrasq; I A · T · F · F A V S | t i n a  
 p L I O N I S · C O S · P O N I S f ante a. 176  
 matri MAGNAE · SVA · PECVnia fecit

Recognovi. Novi *iscr. mon. e vico* p. 41; Fiorelli cat. n. 1379.

Secundo versu cum certum sit significari T. Vitrasium Pollionem consulem I imp. Pio, II a. 476, dubium est utrum v. 4 significetur uxor Annia Faustina an filia Vitrasia Faustina, quam interfecit Commodus (vita c. 4). Illud inde commendari videtur, quod parum concinne post T. f. nomini insertum additur *Pollionis filia*. Nihilominus hoc tolerandum est, cum satis constet Anniae Faustinae patrem Libonem Marcum fuisse (eph. epigr. III p. 459). Ceterum titulus positus est ante a. 176, quo Pollio pater iterum fasces suscepit. Cf. eiusdem tituli urbanus VI, 1540 et Moesiaci III, 762. 6125 et Gallicus apud Borghesium opp. 3 p. 245.